Donatio certa area Nobili Joanni ab Holten Equitum Custodiæ Corporis Sac. Regiæ Mtis Notario in Ciuite Torunensi

Sigismundus III etc. Scamus etc. Libenter nos fauere, Nobilis Joannis ab Holten, Equestris Custodiæ Corporis nri, Notarij commodis, tum ob ips in nos, nraq servitia, paratissimam voluntatem, promptissimaque studia, tum etiam, ob dominum apud nos gra pollentium, ips virtutis et probitatis testimonia; Proinde cum nobis supplicasset, vt illi areas certas, olim cocturæ et conseruationi salis Toruniij destinatas, ita concederemus, vt illas in administration, curam, et dispositionē ac custodiam suam susciperet, ne omnino incuria in alienorū vsum et Dominium transeant, Nos non grauatim eidem concessimus. Idq vt tanto melius præstare possit, damus eidem facultatem, vt easq areas, prout in longum aut latum terminis suis antiquitus circumscripti fuerunt, si opus sit, iure vindicet, et apprehendat, easdem sepiat et claudat. Insup in ijs prout melius videbit pro vsu et commodo ad habitationem suam domum extruat, ijsdemq areis, ac eorum circumferen nec non domo extructa et extruenda, cum hæredibus ad decursum Triginta annorū fruatur. Promittimus aut verbo, nostro Regio quod eundq Nem Joan ab Holten â possone dictarum arearū, aut ædificiorū imbi extruendorū, non amouebimus, nisi expensæ in melioratione ædificiorū vribus probatæ, ipsi in effectu persolutæ fuerint. In quorū fidem. Dat Var. XXII Mense, Anno quo sup.

Sigismundus Rex

Petrus Zeronski

Donatio certa area Nobili Joanni ab Holten Equitum Custodia Corporis Sac. R:æ Regia M:tis Notario in Ciuitate Torunensi

Sigismundus III etc. Significamus etc. Libenter nos fauere, Nobi-
lis Joannis ab Holten, Equestris Custodiæ Corporis nri, Notarij,
commodis, tum ob ipsius in nos, nraque seruitia, paratissimam volun-
tatem, promptissimaque studia, tum etiam, ob dominum apud
nos gra potentium, ipsius virtutis et probitatis testimonia;
Proinde cum nobis supplicasset, vt illi areas certas, olim
cocturæ et conseruationi salis Torunij destinatas, ita con-
cederemus, vt illas in administrationem, curam, et dispositionem
ac custodiam suam susciperet, ne omnino incuria in alienorum
vsum et Dominium transeant, Nos non grauatim eidem con-
cessimus. Idque vt tanto melius præstare possit, damus eidem
facultatem, vt easque areas, prout in longum aut latum ter-
minis suis antiquitus circumscripti fuerunt, si opus sit, iure
vindicet, et apprehendat, easdem sepiat et claudat. Insuper
in ijs prout melius videbitur pro vsu et commodo ad habitationem
suam domum extruat, ijsdemque areis, ac eorum circumferentia
nec non domo extructa et extruenda, cum heredibus ad de-
cursum Triginta annorum fruatur. Promittimus aut verbo,
nostro Regio quod eundem Nem Joanem ab Holten a possessione di-
ctarum arearum, aut ædificiorum inibi extruendorum, non amouebi-
mus, nisi expensæ in meliorationem ædificiorum vnibus probatæ,
ipsi in effectu persolutæ fuerint. In quorum fidem etc. Dat. Var. die XXII
Mense, Anno quo sup.
Sigismundus Rex

Petrus Zeronski